



9-06

3. Dubl. an Ki 778(19) Rom  
alle übrig verglichen  
und vorzüglich eingestellt  
Rom

- 1.) Iust. Henric Bochme de natura statutorum .  
2.) Id. de iure et statu hominum propriorum .  
3.) Id. de statu liberorum sui iuris factorum .
- 4.) Id. de dominio litiis . Leitzkau
- 5.) Id. de poena sine criminis .
- 6.) Id. de exceptione metus iusti .
- 7.) Id. De restitutione in integrum contra sponsalia minorum
- 8.) Id. de contumacia eorum respondentium .
- 9.) Id. De causis eradicis .
- 10.) Id. de querela in officiis fratrum consanguineorum .
- 11.) Id. De vario sensu significatu et iure .
- 12.) Id. de nominibus ecclesiasticis .
- 13.) Id. de efficaci mulierum intercessione .
- 14.) Id. De fundamento retractus duplicit in agro Hamburgenium
- 15.) Id. De literis respirationis .
- 16.) Id. De diverso pignoris et hypothecae iure .
- 17.) Id. De scriptis non legibilibus .
- 18.) Id. de probabilitate repudionum causis .
- 19.) Id. De verbis directis et obligatis .
- 20.) Id. De privilegiis legatorum pionum .
- 21.) Id. De successione in bona clericorum .
- 22.) Id. De cause proscriptiois contra minores suspensio
- 23.) Id. De vero ipsa remediis postscriptis .

- 24.) Iust. Henr. Bochmer de cœpiis criminalibus.
- 25.) Eiusd. Vindiciae Imperiales pro Parma et Placentia  
Ducatis
- 26.) Id. de sufficiis pecuniariis à statibus Italicis Imperato-  
ri profundi.
- 27.) Id. de privatis legatorum sociis.
- 28.) Id. de jure principis circa dimissionem ministrorum.  
respondentia En. Philipp Adolph de Manshausen.
- 29.) Philipp Adolph de Manshausen de jure ministeriorum  
exigendi a Princeps dimissionem
- 30.) Iust. Henr. Bochmer de feudi coelestiarum
- 31.) Id. de hypotheca feudali expressa.

DISPV TATIO IN AVGVR ALIS IVRIDICA

<sup>DE</sup>

**STATV LIBERO-**  
**RVM SVI IVRIS FACTO-**  
**RVM PER SEPARATIONEM**  
**VEL NVPTIAS**

QVAM

INDVLTV

FACVLTATIS IVRIDICAE

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

**DN. IVSTO HENNING. BÖHNERO**

ICTO POTENTISS. REG. BORVSS. CONSIL. INTIM.  
PROF. IVR. ORDINARIO

**PRO LICENTIA**

SVMMOS IN VTROQVE IVRE CAPESSENDI HONORES

D. XV. NOV. MDCCXXI.

H. L. Q. C.

PVBlico ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT


**REINHOLDVS ADAMVS HECHT**

CRVCENACO-PALATINV.

---

HALAE MAGDEBURGICAE

TYPIS IOANNIS GRVNERI, ACADEM. TYPOGR.



DIPLOMATIA IN VAGABUNDIS IURIDICIS

STATUA LIBERO.  
RUM SVA IURIS FACTO.  
RUM FERI SEMINARIONEM  
AETI MASTIAS  
CIVITATIS IURIDICAS  
IN REGIA IURIDITIONA  
DU TATO REINHOLD HOMBERG  
PRO LICENCIIS  
SUMMUS IN ALIOOE HIRZ GALESENII HONORIS  
TIBICO ET ROMOTRON EXAMINI  
REINHOLDAS ADIVIAS HECHT  
CRAGENCO-ZALATINS  
JANUS MEGDEBURGICUS  
JANUS GUNNEL AGAVEN TIEPPE

ILLVSTRI ATQVE EXCELLEN-  
TISSIMO DOMINO  
D O M I N O  
**PHILIPP. REIN-**  
HOLDO HECHT  
POTENTISSIMI REGIS BORVS-  
SIAE CONSILIARIO INTIMO, IN CIRCULO  
RHENI SVPERIORI ET DIVERSORVM ELE-  
CTORVM AC PRINCIPVM MINISTRO  
**PATRVO ET PATRONO**  
SVO HONORATISSIMO  
REINHOLDVS ADAMVS HECHT.

HISTORIÆ VICECTERIEN  
VIR  
ILLVSTRIS ATQVE EXCEL-  
LENTISSIONE

V Aledicturus Academiis,  
mecum, iubente patre o-  
ptimo, constitui, specimen  
quoddam inaugurale pro-  
fectuum meorum patronis  
meis atque amicis edere, viresque meas  
in themate quodam iuridico non inutili  
experiri. Id quod cum iam bono cum  
Deo elaboratum & in publicum eden-  
dum sit, nolui id ipsum fine Patrono &  
Maeenate in republicaliteraria prodire,  
sed patrocinium labori expetendum esse  
arbi-

arbitratus sum. Neque vero, cui inter omnes illud consecrarem, multum dubitationis mihi subnatum est, cum inter caeteros Patronos, quos omni veneracionis cultu prosequor, TIBI, VIR ILLVSTRIS, ob insignia in me collata beneficia ita sim deuinctus obstrictusque, ut nullo vnuquam tempore meum satis gratum animum TIBI declarare possim. Nam primum in me amoris documentum statim à primo tempore nativitatis meae exhibuisti, dum susceptor meus factus es. Postea vero me aliis prosecutus es egregiis beneficiorum generibus, praesertim in illis quatuor annis, quibus in hac alma musarum sede literis humanioribus operam dedi. Quare semper id vnicice in votis habui, ut tandem occasio commoda sepe mihi offerret, TIBI meum erga TE deuotum animum monstrandi, idque non solum priuatim, sed & publice. Ceterum quoniam nullam com-

modiorem huc vsque inuenire licuit, eam  
sane praetermittere nolui, quam hodier-  
nus dies, quo cathedram conscendo, sese  
mihi sifit offertque. Ne dedignere igi-  
tur, opusculum hocce leuissimum serena  
fronte accipere, non vt munusculum  
quoddam, vtpote quod satis leuidense  
foret, sed vt conatus serios detebene me-  
rendi. Seruet te Deus, VIR ILLV-  
STRIS, Patrue patris loco venerande, in  
Neftoreos vsque annos in perpetua inco-  
lumitate & felicitati quotidiana addat  
incrementa, quo officia tua grauissima,  
quibus constringeris, vltterius in Dei glo-  
riam cedant, Regiae Maiestati Borus-  
ficae fructum ferant vberimum, atque  
familiae amicisque tuis splendorem  
adferant non intermoriturum. Caete-  
rum me tibi maximopere vt commenda-  
tum imposterum quoque habeas, meque  
fauore tuo fuscipias, prosequaris, tuea-  
ris, ea qua par est deuotione, oro. Dabam  
Halae d. 15. Nou. M DCC XXI.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**STATV LIBERORVM SVI  
IVRIS FACTORVM PER  
SEPARATIONEM VEL  
NVPTIAS.**

CAP. L

De

Statu emancipatorum secundum  
doctrinam iuris Romani,

§. I.



On leuem iurisprudentiae hodier-  
nae cladem intulit confusio rerum rum diversa-  
diuersarum, ideo ad easdem leges rum pro iis-  
reuocatarum, quod fato quodam dem per erro-  
vel etiam inertia interpretum ean- rem habita-  
dem acceperint denominationem.  
Confusio rega  
rum diversa-  
rum pro iis-  
rem per erro-  
rum habita-  
rum;

Sunt infinita iuris antiqui Germani-  
ci instituta, quae adhuc hodie obti-  
nent; interim quia ius Romanum  
Principatum vbiue obtinere creditur, inde factum est, ut  
deng-

A

denominationes in multis iurium articulis ex hoc iure petitae, & institutis, iuri Germanico propriis, datae atque applicatae fuerint. *Donationes propter nuptias* peculiarem suam indolem ex iuris Romani scitis obtinuerunt. ICti Germani ex aemulatione huius iuris aliis lucris nuptiali-  
propter nomi-  
num identita-  
rem,  
 bus, Germanis propriis, hoc nomen imposuerunt, quod tolerari potuisset, nisi etiam doctrinam iuris Romani de *donationibus propter nuptias* his applicanda esse censuissent,  
 & ab illis ad haec argumenta traxissent, quod recte reprobat SCHILTER ex. 30. §. 86. Quis ignorat iura *emphyteu-  
tica*, quae hodie tamen per abulfum saepe attribuuntur *di-  
ueris* plane negotiis, aliquam cum *emphyteusibus* affini-  
 tatem habentibus. Peculiaris erat modus liberos dimis-  
 tendi a patria potestate per *emancipationem*, quae pecu-  
 liares admodum effectus habebat, & singularem prorsus *statum* emancipatis conciliabat. Germanis ab antiquo  
 usitata fuit diuersa ratio liberos a sua potestate liberandi  
 per separationem vel *nuptias*, quem modum *emancipationem* tacitam vel *quasi emancipationem* communiter nominant. Tolerari etiam hoc potuisset, nisi rursus interpretes eundem *statum* hisce a parentum potestate dimissis  
 attribuissent, quo apud Romanos *emancipati* gauisi sunt.  
Progressus ad  
thema pro-  
positum,  
 Hoc vero admodum erroneum esse, hac dissertatione ex  
 intimiori vtriusque modi consideratione excutere con-  
 stitui, ea usus methodo, ut cap. I. de *statu emancipato-  
rum* secundum *ius Romanum* agam, eumque Romanis pro-  
 prium fuisse, demonstrem; cap. sequente vero *statum di-  
missorum a parentum potestate per separationem vel nuptias*  
 euoluam, ostendamque, eum longe differre a *statu eman-  
cipatorum*, quem *ius Romanum* constituit determinauitque. Eo magis autem in *statu* harum personarum in-  
 quirendum est, quod ex *statu* diuerso diuersa etiam flu-  
 ant iura, adeoque hoc cognito in applicatione nemo adeo  
 falli & decipi queat. Quid enim aliud est *status* quam  
con-

cur de statu  
bic agatur?

*conditio seu qualitas, homini indita, ob quam propriis & diuersis ab aliis hominibus fruiatur iuribus?*

§. II. Emancipati iure Romano peculiarem prorsus statum obtinere ex antiquissimo modo liberos emancipandi. Hunc ergo referre, ante omnia necesse erit. Infinita olim erat potestas parentum in liberos, ut fere loco seruorum haberentur, ceu recte obseruat SERVVS ad lib. 12. Aeneid. Propria haec erat ciuitum Romanorum; P. potestatis nulli enim alii erant homines, qui talem in liberos vigor antihabebant potestatem, qualem hi habebunt §. 2. I. de quibus ter vendendi liberos. pair. potest. Inter iura huius potestatis diuersa eminebat potestas ter vendendi filium. Testis est DIONYSIVS HALICARNASS. lib. II. c. 28. &, neque vero, ait, hac licentia contentus Romulus potestatem etiam filiorum vendorum patribus usque ad tertiam auctionem concescit, quae potestas multo maior est quam domini in seruum. Nam seruos a domino venundatus, deinde libertatem adipius in posterum liber est: at filius a patre venditus, si liber fuisset factus, redibat in potestatem patris, & iterum venditus & libertate donatus, servus parvis ut ante, fiebat; sed post tertiam demum venditionem ex patris potestate exibat. Legem hanc a Romulo latam repetierunt decemviri in TAB. IV. apud IAC. GOTHOFRED. in quatuor fontib. p. 74. seq. Si pater filium ter venumduit, filius a patre liber esto. Neque vero hoc de ficta sed vera venditione tria intellectum fuisse, euidens est, cum id DIO NYSIVS non tantum aperte referat, sed etiam aliunde satis notum sit, parentes ius vendendi liberos olim habuisse, quod plenius illustrat ill. DN. THOMASIVS de patr. potest. c. 1. §. 31. sqq.

§. III. Haec lex tum ROMVLI tum decemvirorum ansam postea praebuit, liberos per imaginarias venditio- Inde modus nes trias a nexu potestatis liberandi, quae pedentim dimittendi lib- per tritoram forensem auctoritatem iuris acceperunt, beros per tres quamvis alias simulatae & imaginariae venditiones iuris effectu destituantur. Cum enim ius potestatis patriae le-

A 2 ge RO-

ge ROMVLI perperum esset, & duraret in filium totovitiae tempore, vt testatur DIONYSIVS eit. l. c. 27. contingere vero posset, vt, circumstantiis id vrgentibus, e re patris esset, filium vel filiam a potestate suadimittere, ex cogitata est haec ratio, per *imaginarias venditiones* liberos dimittendi, cum sola & simplici voluntate parentum directo liberari eo tempore non poterant. Adhuc suotempore DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS in l. 3. C. de emanc. lib. in haec verba rescripserunt: non nudo consensu patria liberi potestate sed actu solenni vel casu liberantur. Extensa ergo est lex decemuiralis, quae sine dubio tantum de vera venditione loquitur, ad *simulatas* has venditiones, quae etiam ad testamenta postea sunt tracta, prout plenius declarat SCHVLTING. in iurispr. antequaff. p. 572. Plura alia eius generis commenta ope ICtorum, praxin seu antiquum ius ciuale efformantium, in iurisprudentiam introducta sunt, eamque adeo deprauarunt, ut CICERO lib. III. offic. recte afferat: nos veri iuris germanaque iustitiae solidam & expressam effigiem nullam teneamus: umbras & imaginibus vivimus.

*Venditio filiorum siebat per mancipacionem.*

§. IV. Fiebat vero venditio filii, ad instar rerum mancipi, per *solennem mancipationem*, cuius ritum referunt Catus lib. II. Inflit. tit. 6. §. 3. Fiebat illa apud praefidem vel eum, apud quem legis erat *actio*. Adhibebantur quinque testes ciues Romani, cum *libipende* & *antestato*. Ille stataram tenebat, hic vero rogabat testes, illorumque fidem obtestabatur, & auriculam tangebat. vid. SCHVLTING. cit. l. p. 58. Praesens erat pater naturalis, venditor filii, (neque enim per alium hic actus, qui *legitimus* erat, expediri poterat) & emtor, cui *dicū gratia* filius per mancipationem tradebatur, qui *pater fiduciarius* appellabatur, quia ut plurimum *contradafiducia* emancipationes siebant. Is qui mancípio filium accipiebat, aestenens seu pretium imaginarium, ita dicebat: *Hunc ergo hominem ex iure Quiritum meum esse ag, is que mihi emtus est, hoc aere aeneaque*

*neaque libra.* Deinde aere percutiebat libram, indeque aes dabat ei, a quo mancipio acceperat, quasi pretii loco, uti fragmentum Caii docet recitatum a BOETIO lib. III. comment. in Top. Cicer. Venditus ita filius manumittebatur a pare fiduciario, & denuo recidebat ex lege Romuli in potestatem patris naturalis: accedebat mox secunda mancipatio & manumissio, & denique ultima plenam filio vendito libertatem conciliabat. Singulæ mancipaciones vel iisdem vel aliis testibus fieri poterant, vel eodem die vel intermisso tempore teste Paulo lib. 2. sent. tit. 25. §. 2. Sollebat vero pater naturalis, cum filium tertium manciparet, pacisci, ne ab emtore manumitteretur, sed ut sibi ab eo re manciparetur, quod pacto fiduciae praestabatur, quo facultas reliundi filium patri naturali referuata erat, ut ipsemet postea eum manumittere posset. Intererat enim patris naturalis, ut ipse potius, quam emtor, filium manumitteret tertia vice, ut *iura patronatus*, quae alioquin in emtorem post manumissionem factam transiissent, sibi referuaret, & in filium acquireret, non sine rei familia-  
ris emolumento.

§. V. Inde vero tria potissimum observo, quae *statu* *liberorum* antiquum emancipatorum designabant. Primum est, *in seruilem de-* *quod hoc modo liberi in seruilem statum & conditionem deducti, & ab hoc per manumissiones demum liberati fuerint, ut dicitur in l. 3. §. 1. de cap. minut.* Fluebant inde *iura patronatus* manumissori acquisita, ita ut status eman-*cipatorum* non diuersus esset a statu *libertorum* intuitu *libertorum* manumissoris. §. 6. I. quib. mod. *ius patr. potest. soluitur.* Alterum est, emancipationem hoc modo factam fuisse *capite misericordia diminutionem*, cum filius emancipatus statum suum pristinum admodum mutaret, & quidem in deterius, seruilem statum assumendo & tandem *libertinorum*. Quod *sui iuris fieret, in eo capitum diminutionem non patiebatur, sed potius nonum caput ciuile accipiebat cum singularibus iurium praerogatiis, hominibus sui iuris propriis; atque*

quod non aliter quam per tres *venditiones* & *manumissiones* haec mutatio fieri posset, in eo *capitis diminutio* collocabatur. Tertium est, quod emancipatus prorsus mutraneus siebat taret familialm, ius agnationis amitteret, & in posterum intuitu familiæ.

(3) prorsus ex-traneus siebat taret familialm, ius agnationis amitteret, & in posterum pro mere extraneo in effectu iuris prorsus habendus esset. Iura familiae & agnationis plurima erant, extraneis, qui non erant de familia, denegata, a quibus multum in universa iuris Romani prudentia dependebat. Quamuis vero alias extraneorum appellatio ex diuersa relatione ambigua sit, vt docet BRISSONIVS d. verb. signif. voc. *extraneus*, hic tamen opponitur *familiae* & eum denotat, qui ad familiam non pertinet, nec iura liberorum stricto iure sibi asserere potest.

Anastasius  
simpliciorem  
modum libe-  
randi liberos  
constituit,

Leges ante A-  
nastasiū sta-  
tum emanci-  
patorum an-  
tiquam pro  
ratione decid.

§. VI. Haec ratio antiqua *emancipandi liberos* duravit vsque ad tempora ANASTASII imperatoris, qui deum *simpliciorem modum dimittendi liberos anno 503*, introduxit. Vel haec tamen mutatio, quae serius facta est, ostendit, textus pandectarum ad statum *emancipatorum*, quem §. antec. designauit, referenda, & vnic ex illo antiquo liberos emancipandi, ritu declaranda & explicanda esse. Quin quod leges in Codice, ante ANASTASIVM promulgatae, idem principium pro ratione decidendi habeant, & vnicem emancipatos, ut extraneos, libertinos, & *capitis diminutionem* paslos considerent, quod paucis declarandum, ne in applicatione horum iurum erretur.

Hoc declara-  
tur ex l. 3. S. 1. de cap. min. vbi ita: Emancipato filio & ceteris personis de cap. minut.

(nepotibus pronepotibus) *capitis minutio manifesto accidit: cum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam causam seruile caput nullum ius habet, ideoque nec minui potest, sed potius post manumissionem demum statum habere incipit.*

l. 4. eod. Inde emancipatio ad *capitis diminutionem* minimam referebatur, per quam familia cum omnibus inde depen-

dependentibus iuribus mutabatur, ut ait IDEM in l. II. eod. in f. qua mutata instar extranei, quoad iura familiae & domestica, habebatur, atque hoc inde eveniebat, quod per emancipationes & manumissiones tres filius a potestate patris dimitteretur, non vero inde, quod sui iuris factus esset, quo ipso aliquid honoris ei addebaratur, vt dicitur in §. 2. l. per quas pers. cuique acquir. Etiam liberi per mortem patris sui iuris fiebant, quae tamen non operabantur capituli deminutionem in liberis, sicut nec liberi iura familiae morte patris, qua sui iuris fiebant, amittebant; quin potius vt sui & domestici heredes eadem continuabant per l. II. D. de libr. et postb. hered. instit. §. 2. l. de hered. qual. & differ. §. 3. l. de hered. quae ab int. defer. & inde olim necessarii heredes erant. Quando liberi sui iuris fiebant, caput nouum acquirebant, non vero capite diminuebantur, nisi per emancipationem essent dimissi.

§. VIII. Erat tamen differentia inter filium & certos liberos. Ille non aliter, quam tria manumissione manumissionem & mancipatio*n*e sui iuris fiebat: ceteri liberi praeter filii ruini posset patris testamentum, non item per filiae emancipationem. Si enim filius prima vice mancipatus alicui esset, & antequam manumitteretur, pater testamentum condederet, cumque praeteriret, subsistebat quidem ab initio testamentum, sed quia, manumissione facta, reuertebatur in patriam potestatem, rumpebat testamentum, cum ex prima vel secunda manumissione minime sui iuris fieret, vt auctor est VLPIANVS tit. X. §. 1. & confirmat CAIVS lib. I. instit. tit. 6. in f. Inde vero contingebat, vt per emancipationem filii ruini posset patris testamentum, non item per filiae emancipationem. Si enim filius prima vice mancipatus alicui esset, & antequam manumitteretur, pater testamentum condederet, cumque praeteriret, subsistebat quidem ab initio testamentum, sed quia, manumissione facta, reuertebatur in patriam potestatem, rumpebat testamentum, cum ex prima vel secunda manumissione minime sui iuris fieret, vt auctor est VLPIANVS tit. XXIII. §. III. Tale quid contingere non poterat in filia, quae una manumissionem & manumissione mox non continuit, sui iuris fiebat, nec reuertebatur in patriam potestatem, gebat. Eandem conclusionem adhuc in Digesta retulerunt com-

pilato-

quod per l. 8. pilatores ex doctrina VLPIANI in l. 8. §. 1. de ini. rupt. & §. 1. de inrupt. irrit. fact. testam. qui ita philosophatur: filia, cum eman-  
cipatur vel nepos, quia una mancipazione exeunt potestate; testam. decla- testamentum non rumpunt.

Nova conclu-  
sio ex antiqua  
emancipatio-  
ne, quae refi-  
tutionem in  
integrum in-  
troduxit,

natum est edictum, cuius fit mentio in l. 2. §. 1. de capit. min. Haec enim capitis minutio priuata hominis & familiæ eius iura adimebat, l. 6. eod. non vero eas obligatio- nes extinguebat, quae naturalem praefationem habere intelliguntur, quia civilis ratio naturalia iura corrumpere non poterat, vt docet l. 8. de cap. min. Itaque de dote actio, quia in bonum & aequum concepta erat, nihilominus durabat post capitis diminutionem, cit. l. 8. id quod ex adducta ratione ad quosvis b. f. contractus extendendum. Nam nec societas per emancipationem tollebatur, quia bona fidei negotium erat, l. 65. §. 11. in f. D. pro soc. proinde probabile, tantum obligationes stricti iuris, eman- cipatione facta, fuisse extinctas, quod quia adinodium durum erat, praetor creditoribus, hoc modo laesis, dedit restitucionem in integrum.

Plura am-  
tebantur iura  
obritum e-  
mancipandi,

quod declara-  
tur ex l. 7.  
de cap. minut.

§. X. Porro; emancipatione facta, amittebatur tutela legitima, quia illa ius familie & agnationis, a qua haec dependebat, amittebatur. §. 3. I. de legit. agnat. tut. Haec sine dubio fuit sententia PAVLI in l. 7 D de cap. min. quam tamen corruptam esse vix dubitari potest. Ait ICUS: tutelas etiam non amittit capitis minutio: exceptis his, quae in iure alieno personis positis deferuntur. Regulam de te- stamentaria & dative intelligendam, exceptionem vero ad legitimam tantum pertinere indicat ICUS in seqq: sed legitimae tutelae ex duodecim tabulis interueruntur eadem ratione, quia & hereditates exinde legitimae: quia agnatis deferuntur, quia desinunt esse familia mutatis, per eman- cipationem feliciter. Enim vero quid est, quod excipi- at PAVLVS eas tutelas, quae in iure alieno personis positis deferuntur? de legitima tutela haec verba esse accipienda.

vin-

indican sequentia, vt dixi. At vero haec non potest deferri personis, in potestate aliena positis, quia pater, ut pote proximior, filium praecedebat. Si ab alio erat arrogatus, non amplius deferri ei poterat tutela, ex agnatio-ne pristina dependens, quae omisla erat. Varie emendant haec verba vexata, nec improbabilis est coniectura CVIACII lib. IX. obs. c. 17. quam etiam approbat clariss. NOODT ad Dig. cit. tit. p. 186, haec verba per sigla hoc modo: exceptis his, quae I. A. P. deferuntur scripta fuisse, a TRIBONIANO non satis intellecta, sed ita, vt vult CVIACIVS, legenda: exceptis his, quae iure agnationis proximi potissimum deferuntur. Particulam potissimum propter feminas adiecit ait NOODT cit. l. quibus tutela non defertur, eti snt agnatae. Posset vero meo iudicio haec omitti, cum satis conclamatum sit, voces in pluri dupli litera scriptas fuisse, vt AA. quod Augustus de-notar, LL. leges &c. & sic etiam probabile est PP. proximos denotasse. Neque enim necesse erat, particulam potissimum propter feminas adiicere, quibus non deferuntur tutelae. Hanc tamen explicationem non admittit IOANNES VAN DE WATER lib. III. obs. iur. Rom. c. 13. sed in vulgata lectione subsistendum esse credit, & ICtum accipit de eo, qui per aliquod tempus tutelam legitimam administravit, & deinceps se in arrogationem dedit, quo ipso in alieno iure ponitur. Facile tamen animaduertit, hac posita explicatione, non recte a ICto dictum fuisse, hanc tutelam deferri personis in iure alieno positis; supponit enim eam delatam esse personis sui iuris, que postea in alieno iure ponuntur, quea longe diuersa sunt. Ut hunc soluat nodum, censet particulam, deferuntur, non esse coniungendam tñ personis, ac si ICtus loqueretur de tutela, quea his personis defertur, sed ita verba interpunkenda: exceptis his, quae, personis in alieno iure positis, deferuntur, h. c. exceptis his tutelis, quae deferuntur ex LL. XII, tabb., postquam tales tutores deinceps seu ex post fa-

*Ego* alieno iuri ceperint esse subiecti. Ingeniosa equidem haec videtur interpretatio, sed quae tamen difficultibus non caret. Aequa tutela deferri dicitur *testamento* quam *lege*, l. 31. §. 1. l. 45. pr. de *excus. tut.* sicuti hereditas deferri dicitur *testamento* & *lege* l. 2. pr. *famil. hercif.* l. 130. d. V. S., quo posito, tuto alteri nequit, vocem *deferuntur ad* LL. XII. tabb. *vnicē referendam*, & sciungendam a reliquis vocibus: *personis in alieno iure positā*, cum quibus potius naturali nexu jungi debet.

*Emancipati  
instar liberto-  
rum habe-  
cantur.*

§. XI. Porro quia emancipatus & manumissus instar liberti habebatur, inde (I) pater *impuberis emancipati* tutor legitimus *ex manumissione* fiebat, aequa ut patronus liberti. §. viii. l. de leg. par. tut. Evidentius id indicat Imperator in §. 6. l. in f. quib. mod. ius P. P. toll. praeterea si *impubes si filius vel filia, ipse parens EX MANVMISSIO-* NE *tutelam eius nanciscitur.* (II) pater quoque emancipato aequa ut patronus liberato succedebat. Id indicat Imperator cit. §. 6. Et iunc ex editio praetoris in bonis eiusmodi filii vel filiae vel nepotis, vel nepitis, qui quaeue a parente manumissus vel manumissa fuerit, eadem iura praestantur parenti, quae tribuuntur patrono in bonis liberti. Similiter VLPIANVS in l. 1. pr. si a par. quis manumiss. emancipatus a parente in ea causa est, ut in contra tabulas honorum possessione, liberii patiatur exitum. Inde fluxit decisio l. f. eod. vbi adfertur casus de eo, qui filium, quem ipse male contra pietatem adfecerat, emancipare coactus erat, eoque defuncto pater, VT MANVMISSOR, bonorum possessionem sibi competere dicebat. In l. 16. §. 1. De quer. inoff. tessam. PAPINIANVS docet, contra tabulas filii possessionem IVRE MANVMISSIONIS patrem accipere. Neque enim olim patrem instituere necesse habebat filius emancipatus, sicut nec libertus patronum, sed praeterire poterat, salvo de iure civili testamento; l. 14. eod. Iure praetorio vtrique tantum succurrebatur per honorum possessionem contra tabulas.

§. XII.

§. XII. Sed & eo respectu, quod instar extranei in-  
tuitu familiae haberetur emancipatus, peculiaria iura ha-  
bebat, eadem scilicet de iure ciuili, quae alias extraneis  
data erant. Erant enim extranei heredes, vt indicat Im-  
perator in §. 3. l. de hered. qual. & diff. itaque liberi quo-  
que nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes  
a nobis instituti, EXTRANEI HEREDES nobis videntur.  
Proinde non ipso iure heredes erant, sed demum per  
aditionem tales fiebant, qua deficiente, hereditatem non  
transmittebant. Inde nec succedebant de iure ciuili an-  
tiquo emancipati, sed vt extranei prorsus excludebantur.  
Similiter nec pater emancipatis tutorem dare, nec pupil-  
lariter substituere poterat, l. 2. pr. de vulg. & pupill. subst.  
adeoque nec pupillo ex filio emancipato, post emancipa-  
tionem concepro, ita substituere poterat, quia itidem pro  
extraneo habetur, cui ita substitui nequit. §. f. l. de pupill.  
subst. Praeterea exspirabat haec substitutio, si postea  
filius institutus emanciparetur, quia tempore moris ex-  
traneus erat. l. 4. §. 2. D. eod. Sunt & plures aliae con-  
clusiones, veluti quod pater filio emancipato, vt extra-  
neo, valide donare posset, l. 5. d. iur. dot. &c. quas tamen  
cocaeruare nolo, cum vel ex his antiquis emancipatorum,  
qua talium, statuus appareat.

§. XIII. Evidem ANASTASIVS imperator anno 503. Anastasius  
aliquid ex modo emancipandi liberos immutauit, non ve- medium im-  
ro statum emancipatorum. Permisit enim, liberos a pa- mutauit, sed  
rentibus, qui id speciali rescripto ad praecedentes pre- non statum e  
mancipato-  
rēs, impetraverant, apud magistratum competentem, rum,  
sine imaginariis manumissionibus, & ita nuda voluntate de-  
clarata, a se dimittere, quae dimissio effectum antiquae  
emancipationis retinuit, vt indicant verba cir. l. sequentia:  
& personae, in quas talis liberalitas collata sit, de aliena po-  
testate, QVASI A PARENTIBVS, EX EMANCIPATIO-  
NE MANUMISSAE, liberentur. Ergo hoc casu, manu-  
missiones interuenisse sangebantur, vt statum dimissi eun-  
dem

dem retinerent, quem emancipati olim ex manumissionibus induerunt, vnde & *emancipatio Anastasiana* dici coepit. Id eo factum consilio auguror, ne tot veteris iuris conclusiones & placita, quae vnicē ex ritu emancipandi antiquo fluebant, immutare & euertere necesse esset. Quid enim, hac fictione haud substituta, rationi magis consenteat, quam afferere, sola voluntate dimisso non fieri libertos, non pati *capitis diminutionem*, nec in statum extraneorum incidere, acque ut qui per mortem a patria potestate liberantur, cum, sublatō principio *adaequato*, necesse sit, conclusiones quoque tolli, quae inde vnicē fluxere. Ne ergo hoc fieret, loco verae *emancipationis* & *manumissionis* *FICTA* substituta est, & ita *status emancipatorum* idem mansit.

*Quod decla-* §. XIV. Hac de causa (I) *ANASTASIVS* in l. 18. C.  
*ratur ex legi-* de collat. in haec verba rescripti: *liberos, qui per nostrae*  
*buse,* *legis auctoritatem per oblationem precum & imperiale re-*  
*scriptum sui iuris effecti fuerint, ad similitudinem cetero-*  
*rum, qui emancipati ex antiquo iure sunt, collationes face-*  
*re iubemus compelli secundum ea, quae super ceteris eman-*  
*cipatis statuta sunt.* Rursus haec verba docent, hunc mo-  
*dum per interpretationem seu fictionem iuris & similiu-*  
*dinem eundem retinuisse effectum, quem antiquo iure eman-*  
*cipatio habebat, quamvis nulla emancipatio huic modo amplius inesset.* (II) Id tamen ex veteri iure corredit, quod frater & soror emancipati, non etiam liberi eorum cum fratribus *integri iuris* constitutis ad legitimam fratris vel sororis hereditatem vocentur, sed cum aliqua demini-  
*tione h. e. vt frater *integri status* (h. e. qui *capitis di-**

quoque beneficium hoc modo dimissis indulsum, ut possent dimitti vel emancipari, *saluis pristinis iuribus*, quae eis, ad preces parentum, referuari poterant, per rescriptum, quo praecedente haec dimissio fiebat. Hac reservatione facta, ad instar suorum habebantur, & omnia iura pristina, quae ut *sui* habebant, illis intacta & illibata manebant, nisi quod ad collationem cum aliis emancipatis essent obstricti. *I. n. C. de legit. heredib.*

*§. XV. Sicuti vero hic modus emancipandi per Iustinianus speciale rescriptum impetrandus erat, ut indicant l. s. modum dimittendi liberos ampliavit aux itque, constituendo, ut qui emancipare volebat, vel ex lege Anastasiana vel sine rescripto, quod dicta lege antea impetrandum erat, possit adire magistratum, penes quem more antiquo legis actio erat, & statu eorum liberos suos hoc modo, voluntate sola declarata, dimittere. Neque vero, hoc modo dimittendi liberos aueto, status emancipatorum immutatus, sed idem tere mansit, quem lex Anastasiana conseruavit. Nam etiam post hanc dimensionem 1) patri eadem iura praestantur, quae olim ex manumissione ei debebantur. 2) Parens etiam per hanc dimensionem fit tutor impuberis, sicuti olim ex manumissione talis fiebat, ut ipse imperator indicat in §. 6. I. quibus modis patr. por. toll. Vnde etiam 3) hic modus emancipationis nomen retinuit, quamvis nihil minus sit, quam emancipatio & manumissio, (quomodo enim emancipatio & manumissio sine emancipatione & manumissione concipi potest?) quia per interpretationem & fictionem habetur, ac si contra facta fiducia esset facta emancipatio. Hoc indicat imperator in §. f. 1. de legit. success. agnat. ad legitimam successionem nibilominus vocatur etiam parens, qui contra facta fiducia filium vel filiam, nepotem vel nepotem, ac deinceps*

emancipat, quod ex nostra constituzione omnino inducitur, ut  
emancipationes liberorum semper VIDEANTVR (h. e. fin-  
gantur, & interpretatione habeantur) quasi contracta fi-  
ducia fieri: cum apud veteres non aliter hoc obtinebat, nisi  
specialiter contracta fiducia parens manumisisset. Loquitur  
IVSTINIANVS de suo tempore, postquam antiquum e-  
mancipandi ritum prorsus iam sustulerat, & ita de sua no-  
ua methodo dimittendi liberos adducta verba non pote-  
rat non accipere.

*Quaedam ta-* §. XVI. Hoc modo, nouiter effigiata sed simul ad-  
*men ex iure* yetus ius applicata *emancipatio Iustinianea* plerosque ef-  
*antiquo in-* fectus, qui ex antiqua figurata manumissione tripla relati-  
*mutauit.* vabant, retinuit, nisi quod Imperator quaedam immutauerit.  
Nam i) in *I. i. C. de legit. hered.* legem Anastasianam  
quoad fratres & sorores catenus ampliavit, ut in poste-  
rum hi cum fratribus integri status *aequo iure* succedere  
deberent. Quia vero tandem animaduertit, sublata illarum  
capitis deminutione, que per *imaginaria manumisso-*  
*nies* fiebat, duram admodum fore, si in antiquis illis iuri-  
bus penitus subsisteretur, in *nou. i. 8. c. 1.* intuitu successio-  
nis ab intestato non tantum discriben sustulit inter suos  
& emancipatos; sed etiam c. 2. inter agnatos & cognatos di-  
scrimen antiquum quiescere iussit, ut nec *emancipatio*  
quoad successionem collateralium villam in posterum pos-  
set inducere differentiam, si forsitan adoptiorum successio-  
nem excepis, quae peculiares habet rationes. Noui  
quidem, communiter tradi, emancipatos suis esse exae-  
quatos tantum quoad successionem, non quoad *modum*  
*succedendi*, cum adhuc secundum ius nouum aditione in-  
digeant, tanquam *extranei*, & ita hereditatem non aditam  
non transmittant. STRV. ex. 38. §. 15. Sed nec haec as-  
sertio difficultate caret, praesertim cum etiam quoad col-  
lationis necessitate sint exaequati, imo etiam per *nou.*  
*i. 5. c. 3.* quoad *instituendi vel exhibendandi* necessitatem. In-  
terim quia IVSTINIANVS in *LL.* anterioribus statutis eman-

mancipatorum antiquum haud immutauit, ut supra obseruatum est, negari nequit, in utramque partem plura dubia superesse, quae hic penitus haud euoluam, interim quilibet mecum facile constituet, prudentius **IUSTINIANUM** fecisse, si **statum emancipatorum** antiquum in legibus novis specialius determinasset, postquam tot insignes differentias tandem sustulit.

§. XVII. Quocunque modo vero sese res habeat, **Status emancipatorum** qui diuersitatem iurium arguit, Romanis proprium fuisse, & ex rationibus prorsus singularibus profluxisse. Falluntur meo indicio, qui arbitrantur, potiores differentias inde promonasse, quod liberi *sui iuris* effecti fuerint, Fluunt omnino ex hoc novo statu, quem induunt liberi, *sui iuris facti*, plura singularia iura; sed non ea, quae adduxi, quae potius ex modo ipso, quo dimittebantur, originem traxere, quippe quo demum *capite minui*, patris *liberti*, & extranei h. e. a familia prorsus segregati & exclusi, reddebantur; nam *emancipatus* olim in *alia familia* esse dicebatur, ut *extraneus* in *l. 17. de B. P. contra tab.* sicuti filium *in familia retinere* idem erat ac *non-emancipare*, *l. 8. pr. de dot. collat.* quo ipso manebat *domesticus heres*, oppositus *extraneo*. Neque enim hos, qui *sui iuris aliter*, quam per *emancipationem*, facti erant, in *iuris facti statum antiquorum emancipatorum*, qua talium, incidisse, tam *emancipatio* duo in primis evincunt. Primum est, quod morte patrum in- *terris liberi sui iuris efficiantur*, nec tamen *emancipatorum* sortem subeant, ut supra iam obseruauit. Secundum vero, quod per *dignitates* in *nov. 8r. c. 1.* determinatas liberi *sui iuris* efficiantur, nec tamen in *statum emancipatorum*, qua talium, incident. Docet hoc *cit. nov. c. 2.* his verbis; *illud quoque bac legē cauemus, ut non hos tales suas potestates similia praebere, qualia aliae, quae per emancipationes sunt.* Euidens ergo est, non omne, quicquid praedicatur *de emancipatione*, praedicari quoque de reliquis modis.

**C. P. II. DE STATIV EORVM, QVI SVI IURIS FACTI**

modis, quibus patria potestas tollitur. Addit vero imperator: non enim volumus eum, qui ita suae potestatis sit, perdere aliquod legitimorum ius, (h. e. suorum.) Sed sunt & genere vel ipsis ad genus intacta & ex natura iure servata, vel, ut clariss. HOMBERGK haec verba vertit: sed tam familia in eos quam ipsi in familiam legitima iura intacta habeant. Fiant ergo per dignitatem sui iuris, sed salvo iure familiae & suitatis, & ita ipso iure parentibus heredes fiant, & alia iura suitatis in eos adhuc quadrant, ut pro extraneis h. e. a familia & suitate exclusis & eis etiam haberi non debeant. Possunt ergo liberi sui iuris fieri, salvo iure familiae & suitatis, seu statu pristino quodam familiam hanc mutato.

**CAP. II.**

De

**Statu eorum, qui sui iuris facti sunt  
per separationem vel nuptias.**

**§. I.**

**I**ure Germanico modus peculiaris, quo liberis iuris fieri possunt, obtinet, scilicet per institutionem se- German. alter ac quidem hunc ut plurimum vocare solent *emancipationem tanta iure Romano.* eiusque rationes peculiares evoluerunt ill. D. N. THOMAS VS de qua<sup>si</sup> emancipat. German. & GOTHO- FREDVS BARTHIVS de emancipat. saxon. Sine dubio saxoniam eam vocat, quod iure saxonico electorali, P. II. const. 10. repetita & confirmata fuerit; eam enim iuri antiquo Germanico quoad originem deberi, indubitatis argumentis evicit D. N. THOMAS. cit. l. §. 13. sqq. adeoque inde vnicce ratio petenda est, quod adhuc hodie per totam Germaniam obtineat, ut de vsu eius plerique con- senti-

sentiunt, vid. STRYK, in us. mod. tit. de adopt. §. 18. & 21.  
 HAHN, ad Wesenb. ad cit. tit. n. 7. STRVV, ex 3. §. 68.  
 PRVMAN. P. I. cons. i. n. 21. HERING, de fidei c. 7. n.  
 622. LAVTERBACH, ad tit. d. adopt. §. 34. HARPRECHT.  
 de separati, ab oecon. paterna. Evidem DAVTH. de te-  
 stam. n. 159. in not. obseruat, olim inter ICtos Saxonicos non  
 adeo expeditum fuisse, virum separatio pro emancipatione  
 habenda? vel, vt accuratius loquar, liberos sui juris faceret?  
 quod non adeo mirandum, cum olim ICti fere viuic iu-  
 ris Romani principiis inhaerenter, iuris patrii immemo-  
 res, cuius nullam habebant rationem. Verum postquam  
 iuris Germanici instituta ex veris fontibus euoluta, & in  
 lucem protracta sunt, non adeo laborandum est de hac  
 haesitatione veteranorum, quae hodie omnium excusa  
 est mentibus, quorums potissimum argumenta faciunt  
 ab Ill. D.N. THOMASIO cit. l. adducta.

§. II. Emancipationem tacitam hunc modum, Ger- *Emancipatio-*  
*tacita minus*  
*manis proprium, vocari, iam obseruauit, eam vero locu-*  
*tionem ad modum incongruam esse recte obseruauit Ill.*  
*D.N. THOMAS. cit. l. §. 41. quod omnis emancipatio ex-*  
*pressam declarationem inuolueret, adeoque reuera contra-*  
*ditionem haec appellatio haberet. Non repetam argu-*  
*menta, quae vir illustris contra EBENIVM attulit: illud*  
*vincum tantum addo, si quae cap. antec. euoluta sunt, in*  
*medium ad feruntur, liquidum est, acque incongrue mo-*  
*dum hunc, quo liberi sui iuris sunt, dici emancipatio-*  
*nem, quo ille, qui per dignitatem patriam potestatem tollit,*  
*ita diceretur, quod quidem a nemine factum fuisse autumo.*  
*Emancipatio* peculiari erat modus Romanis proprius, *imo nec e-*  
*dimitendi liberos a sua potestate eosque in statum pe-*  
*cularem coniiciendi per hunc modum, quem iura*  
*Germanica in institutione separatae oeconomiae & nupii*  
*liberorum hand agnouere, nec agnoscere potuere, quod*  
*peculiare Romanorum institutum illis ignotum fuerit, &*  
*hac dupli via liberos sui iuris efficere voluerint. Si apud*  
 C *Roma-*

*mancipatio-*  
*dici potest.*

Romanos nuptiae quoque filias sui iuris fecissent; si filii instituendo separatam oeconomiam pro emancipatis habiti fuissent, tolerari posset haec appellatio. Nunc vero extra omnem dubitationis aleam positum est, filias per nuptias non factas fuisse sui iuris, sed in patria potestate mansisse, nisi *emancipatio* accessisset; *l. 8. de dot. collat.* §. 2. *I. de Injur.* multominus filios pro *emancipatis* habitos, qui separatam instituerunt oeconomiam. §. 2. *I. de oblig.* quae *quasi ex del. nasc.* Quis ergo recte *emancipationem* hodie nominaret, quod Romani *emancipationem* esse negarunt? Nec de nuda appellatione tantum quaestio est, sed potius de re ipsa & effectibus, qui ex tali denominatione resulant. Qui enim in hoc modo iuris Germanic*emancipationem* quandam se deprehendisse erronee arbitrantur, mox eo disabuntur, ut statum *emancipatorum* antiquum ius tribuant, qui *sui iuris facti* sunt per *nuptias* vel *separationem*, & ab his ad hos argumententur sine discrimine, quo nihil fissus, nihil inconvenientius dici potuit. Rectius proinde, meo iudicio, hunc modum *quasi emancipationem* III. D.S. THOMASIVS nominavit, non quod sit *emancipatio*; id enim particula *quasi* destruit, sed quod etiam *sui iuris facti* liberi per hunc modum, sicuti olim liberi per *emancipationem*. Interim ut omnis evitetur ansa errandi, tutius esse existimo, penitus hanc appellationem, foetum iuri Romano proprium, deferere, & quae toto coelo diuersa sunt, diuersis etiam appellationibus nominare.

*Modus iuris* §. III. Quid enim? an hodie hic modus iuri Germanico proprius inducit *capitis diminutionem*? an liberos in fortem *libertorum* coniicit? an facit, ut prorsus *extra-nei* & *quasi extores* a familia habeantur? Id vtique afferendum esset, si credendum esset BARTHIO cit. I. §. 9. asserenti, effectum eius esse, quod ex filios familias paterfamilias, adeoque homo sui iuris fiat, *cuius consequens sit, quod huic intuitu capitis diminutio minima inducatur, etiam hodie*

*hodie adhuc, cessante licet imaginaria venditione & emancipatione.* Vix alium huic modo, iuri Germanico proprio, effectum tribuere potuit, postquam ei incongruum *emancipationis* nomen imposuit, & simul per nouam fictionem id constituit, quod non est, nec esse potest. Quod *sui iuris* liberi per separationem vel *nuptias* fiant, negari nequit; inde vero non fluit, separationem & nuptias inducere *capitis diminutionem*. Etiam per mortem & dignitatem de iure Rom. liberi sui fiebant iuris, non vero capite minui sed potius audi. Quid enim amittunt ex iis, quae olim amittebantur per venditiones liberorum & manumissiones? Et quis vnuquam probare potuit, separationem hanc vel *nuptiarum* in locum *emancipationis* Romanae surrogatam fuisse, cum hi modi, qui liberos a parentum existimunt potestate, inter Germanos dudum iam obtinuerint, antequam *ius Romanum* receptum & in usum deductum fuit, salvo tamen iure patrio.

¶ IV. Aequo incommodo loquuntur, qui separaram *Nec' separacionem a patre speciem emancipationis* appellant cum *tio est species SCHILTERO ex. 3. ad x. §. 16. lit. d. in not.* Si est species *emancipationis*, iuri Romano accepta ferenda est, quod *nisi* tamen erroneum esse, omnes concedunt, imo ipse SCHILTERVS haud diffitetur, Romanis eandem fuisse incognitam. Nervus argumenti fere in hoc consistit: quicquid est modus soluendi patriam potestatem, illud est *emancipationis species*. Enimvero propositionem hanc falsam esse, facile quilibet mecum constituet, qui animaduertit, etiam *patris mortem vel dignitates singulares* fuisse modos liberandi liberos a patria potestate, non tamen species *emancipationis*, qua talis. Neque enim haec tantum eum effectum habuit, quod liberos *sui iuris* saceret, qui omnibus modis dissoluendi patriam potestatem communis est; sed proprios quosdam & peculiares, quod liberos praeterea in totum a familia patris segregaret, ut *extraneos, libertos, & capire minutos*. Talem statum an pro parte an

in totum separati indicant hodie, id est, quod inquirendum.

*Emancipatio Romana* di cum modo hac, iuri patrio proprio, conferimus, diuersam naturam habet sae vtriusque rationes diuersitatem ipsius rei mox arguant. *Emancipatio* de iure Romano regulariter dependebat ex voluntate, expresse declarata, nec regulariter pater cogni poterat. Enimvero quod liberi per separationem vel nuptias sui iuris fiant, non dependet ex voluntate patris, nec expresa nec tacita, cum etiam inuitio patre liberi maiores, qui nulla amplius indigent educatione, separatam instituere possint oeconomiam, adeoque effectus hic non ex voluntate & patrio facto dependet, sed ex legi dispositione, adeo ut ipso iure dicantur fieri sui iuris, post separationem vel nuptias, vt BARTH. cit. l. §. 2. ipsem rete statuit & praeterea ex iure Germanico demonstrat ill. Dn. THOMAS. cit. l. §. 23. Porro non aliter emancipatio concipi potest, quam vt aetus legitimus & iudicialis: enimvero institutio separatae oeconomiae & nuptiae filiorum, ad eum effectum, vt sui iuris fiant, non desiderant auctoritatem iudicis, aut eius approbationem, sed per se ex iure Germanico hunc effectum habent, quod liberi sui iuris censemantur.

*Definitio separationis, quatenus liberos sui iuris efficit.* §. VI. Quae cum ita sint, secundum simplicitatem iuris patrii, (quam maiores ubique prae oculis habuerunt, cum Romani potius subtilitates & summum ius sectuti sint) afferendum est, institutionem separatae oeconomiae (de nuptiis filiarum idem ius esto) esse modum naturalem, iure Germanico antiquo approbatum & ad nos derivatum, liberos eximendi ab imperio parentum, cui propter educationem subiecti erant, saluis quibuscumque iuribus, quibus ut liberi in domo patris extra educationem antea gauishi sunt. Per singula membra hanc definitionem illustrabo, vt, natura eius cognita, de statu liberorum post separationem vel nuptias eo rectius fieri possit iudicium,

§. VII.

§. VII. Dixi separationem hanc esse modum naturalem. Eleganter id ex iure gentium probatum dedit Dn. *Separatio naturalis*  
*THOMASIVS cit. I. §. 13.* simulque ex naturali ratione constat. Nemo in dubium vocabit, parentes ad educationem liberorum esse iure naturae obligatos; quae sine imperio & potestate concipi nequit. In tantum itaque ius potestatis in liberos ius naturae dedisse videtur, in quantum ad educationem necessarium est. Sicuti vero obtentum sunt cessant media; ita si parentes in educandis liberis suo perfuncti sunt officio; si liberi nulla amplius educatione indigent, sed semet ipsos idonee exhibere possunt, cessat educandi necessitas, & quod huic coniunctum est, imperium, adeoque liberi impediri non possunt, res suas seorsim habere & separata a patre oeconomiam instituere. Hoc recta ratio docet, quae imperio patris limites posuit, ut tamdiu liberi ei subsint, quamdiu semet ipsos regere non possunt. Si ergo nubant filiae, mariti directioni subsint & ab eo alendi, ergo per se cessat imperii paterni effectus. Si res suas seorsim a patre habent sibiique de victu & amictu prospicint, itidem inamunes imperii paterni facti sunt, cum educationi parentum exempti sint.

§. VIII. Addidi porro, modum hunc naturalem iure Germanico esse approbatum & ad nos derivatum. Hoc manico approbatum. ipso I) nego, modum hunc esse emancipationem, quae cit. probatus. uilis & Romani iuris, non naturalis est, prout antea declaravi. Simul (II) respicio ad iuris Germanici, in speculo Saxonico & Suevico imo antiquitatis Germanicis conseruati, sanctiones, quas copiose sistit ill. Dn. THOMASIVS cit. I. §. 14. sgg. nec hic repetam. Denique etiam (III) consentum locorum Germaniae simul, hic addicio, qui fatentur, hoc ius ad nostra tempora traditum fuisse, quos §. 1. allegauit. His addi possunt HVER ad I. tit. quib. mod. P. potest. solu. §. f. HOPP. ad cit. tit. §. 6. BAIER in posit. ad cit. tit. §. 5. in not. PHILIPPI in us. pract. insit. lib. 1. eclog. 77. n. 4. In primis VERO HENRICVS C 3 GIESE-

GIESEBERTVS in *Iustin.*, *Harmon.* ad cit. §. 6. n. 235. & 10.  
 ▲ SANDE lib. II. tit. 7. def. 5. obseruant, ab antiquo hoc  
 iure, quod naturalis ratio demonstrat, vsos fuisse Bata-  
 nos, Burgundos, Gallos, Britannos, Hispanos, Lusita-  
 nos, Longobardos, Dinos, Suecos, aliasque populos, qui  
 cum Romanorum instituta ratione patriae potestatis pecu-  
 liaria non habuere, non potuere non in his duabus mo-  
 dis naturalibus, quibus educatio finitur, acquiescere. Nec  
 enim vltiae aliae gentes more Romanorum confituerunt,  
 (1) patriam potestatem debere esse perpetuam: (2) eam  
 non aliter finiri posse, quam *trina venditione & manumis-  
 sione*, vtut omnis ratio naturalis paterni imperii cessauerit.  
 Vnde simil liquet, modos hos iuris naturalis, quibus  
 fruuntur adhuc hodie Germani, non ex principiis iuris  
 Romani, cui haec doctrina prorsus incognita est, sed ex  
 simplicitate iuris Germanici explicandos esse.

*De iure Ger-  
 manico etiam ab imperio parentium, cui ob educationem subiecti erant.  
 matri compe-  
 nit potestas  
 in liberis.*

§. IX. Addidi vltius, per hos modos eximi liberos  
 Rursus in hoc principio acquieuere Germani, aliquique po-  
 puli vicini, vt supra iam obseruauit. Hi non tantum pa-  
 tri sed etiam matri in liberos imperium assignant, quam-  
 uis subordinate, ex sola ratione naturali, vt optime obser-  
 uat GIPHANIVS in *comm.* ad *Instit.* tit. de *parr.* potest-  
 aiens: *Hodie si nostros mores spectamus, nulla amplius est po-  
 testas patria ciuilis, de quabic agitur, sed naturalis tanum  
 obseruancia & reverentia, non patritantum sed matri quo-  
 que debita.* Neque etiam Romani matri denegarunt po-  
 testatem naturalem in liberos, sed tantum ciuilem, folis  
 Romanis olim propriam, & ex peculiari instituto reipubl.  
 Romanae dependentem. Hoc fundamento seposito ae-  
 que mater concurrit ad educationem ac quidem pater, &  
 ita gaudent potestate in liberos. Vbi vero finitum est onus  
 educationis, ibi quoque potestatis ratio in patre & matre  
 cessat, id quod sit, vbi filiae nubunt, & filii sibi proprium  
 iuctum querunt, seque ita a patre separant.

§. X.

§. X. Ultimum, quod primarium est in definitione, Separatio concernit statum liberorum, qui hoc modo *sui iuris facti* get, non sunt. Dixi, liberos hoc modo eximi a potestate parentum, salvis omnibus iuribus, quibus extra educationem in domo patris ut liberi antea *gauisi* sunt. Non minuantur eorum statum, sed magis augent. Augent in eo, quod *sui iuris* fiant, & ita ea agere queant, quae hominibus *sui iuris* indulta sunt. Non amittunt autem iura alia, quam quae ex educatione illis proficia erant, quorsum pertinet, quod pater de alimentis illis non amplius teneatur, quatenus iam sibi de iis prospicere possunt. Ceterum non eundem statum eos induere, quem indebant *emancipati* statum liberos apud Romanos, iam obseruavi. Quod non fiant patris liberti, vel vitro concedent omnes, qui cogitabant, iam *IVSTINTANVM* iure Nouellarum huius status nullam amplius rationem habuisse in emancipatis. Et quomodo *capitis diminutionem* pati possunt, qui statum suum non minuant, sed augent? Neque apud Romanos in eo, quod liberi *sui iuris* fierent, *capitis diminutionem* patiebantur, cum potius statum augerent; sed quod *sui iuris* fierent per *irinas venditiones & tres manumissiones*, quo ritu licet sublatio, *ANASTASIVS* tamen & *IVSTINIANVS* surrogato modo, quo 1) *expressa voluntate* 2) *iudicialiter* 3) *solemneriter* dimictebantur, eundem effectum dederunt, ut *capitis diminutionem* operari deberet. Quis vero *nuptias*? quis separationi a paterna oeconomicia hoc applicabit? Quis constituet, hos duos modos surrogatos esse in locum *emancipationis Romanae*? Hic latet primum falsum, quod committere solent, qui nil nisi ius Romanum in ore gerent, & patrii iuris nullam rationem habent. Naeum hunciam taxavit notauitque *ZIEGLER* in *praefat. ad not. in Gror.* docens, seculi nostri hanc esse labem, quod in Academiis *ad LL.* Romanas ita assuefieri cogantur iuuenes, ut in omni controversia non aliunde decisionem petendam credere oporteat, quam ex iure Romanorum, & legibus isti vni reipubl.

reipubl. accommodatis. Tales surrogationes erroneae & imaginariae paullim occurunt, quae nil nisi errores parunt. Contractum coloniae perpetuae emphyteuseos in locum substitutum aiunt, quo nihil absurdius. Rusticos nostros in sortem libertorum coniiciunt, quod ridiculum. Unionem prolium in locum adoptionis surrogant, & argumenta incongrua ab uno ad alterum ducunt, quae in quibusdam conuenire videntur, in plerisque autem discrepunt. Evidet in eo videntur praesidium suae sententiae quacrerere, quod tacite pater consentias in hanc dimissionem, & hic tacitus consensus idem operari debeat, quod expreslus. Verum iam supra demonstravi, a voluntate patris neutiquam hos modos dependere, sed a distinctione iuris, neque voluntati tacita vbiique eadem iura tribui, quae expressae, si praecise voluntas expressa, solemnis, & iudicitaliter declarata desideratur.

*Separati quo-  
lia iura reti-  
neant?*

§. XI. Proinde cum ex capituli diminutione hic pri-  
marius fluxerit effectus, quod liberi emancipati fierent  
intuitu domus paternae extranei, quod iura suitatis amitt-  
terent, quod etiam aliis commodi priuarentur, quibus in  
domo & familia patris gaudebant propter ius familiae, e-  
videns est, hos effectus non postea iis assignari qui per nu-  
ptias vel separationem sui iuris facti sunt. Manent ergo  
sui, ipso iure heredes fiunt; retinent iura familiae, nec  
fiunt extranei, imo eodem iure gaudent cum liberis, qui  
adhuc sunt in domo paterna, exceptis iis, quae ex edu-  
catione dependent.

*Effectus pla-  
res patriae  
potestatis cir-  
culis hodie re-  
cepti sunt.*

§. XIII. Enimvero circa hanc doctrinam obser-  
tiones quaedam necessario hic adducendae sunt. Prima  
est, quod licet patriae potestatis ratio magis ex iure Ger-  
manico hodie petenda & deducenda sit, quam ex iure Ro-  
mano, effectus tamen plures iuris Romani hodie recepti  
& imperio paterno applicatisint, qui vnicce debentur po-  
testati ciuili Romanae. Haec enim conditio iurispruden-  
tiae hodiernae est, ut mixtam quoddam corpus constituat  
ex

ex conclusionibus iuris Romani & Germanici, quamuis  
hae saepius inter se admodum collidant, vt male cohae-  
reant. Haec mixtura quoque efficit, vt plures effectus iu-  
ris Romani, qui dependent a potestate patria ciuili, etiam  
hodie praxis agnoscant. Hi sunt vel liberis graues & one-  
ri, vel commodo & emolumento. Illi sunt, quod testamen-  
ti factioне destituantur, quam nec hodie liberi, nondum  
sui iuris facti, habent; quod patri acquiratur ususfru-  
ctus, quem adhuc hodie habet; quod mutuum sine vo-  
luntate patris secure contrahere nequeant, quod etiam  
hodie obtinet, & quae sunt alia. Hi vero sunt etiam in-  
signes, quos tritura forensis aequiter agnoscit, veluti, quod  
pater impuberibus de tutorе idoneo prospicere queat;  
quod liberi sint ipso iure heredes, & transmittant ius he-  
reditarium ad heredes, etiam antequam sese immiserint;  
quod impuberibus successorem in testamento constituat,  
quem sibi constituere non possunt, simulque praecaueat,  
ne infidias proximorum cognatorum expositi sunt. In eo  
sane commodum primarium substitutionis pupillaris con-  
stitutum fuisse persusissimum habeo, vt obicem patres  
ponerent agnatis auidis proximioribus, mortem impube-  
ris filii captantibus, eiusque bonis in hiantibus. Cum enim,  
defuncto patre, filius impubes testamentum facere non  
posset, & ita proximi agnati spem succedendi certam ha-  
berent radicatumque, haec vero eis interuerteretur, si im-  
pubes ad annos pubertatis veniret, pessimo consilio sae-  
pe infidias vitae eius struebant, ne successio ab intestato  
iis interverteretur. Ad minimum pater iustam causam,  
tales infidias metuendi, habebat, quas facto testamento  
antcuertebat.

§. XIII. Secunda obseruatio est, quod quando de Separati ex  
statu eorum, qui sui iuris facti sunt, per separationem vel statu novo.  
nuptias, disquiritur, res huc potissimum redeat, vtrum quid sicut suis  
statum suum ita mutant, vt non tantum patriae potesta- iuris, plura  
tis effectus celerent quoad iura, quae liberos grauent, sed commoda  
nauciscantur,

D

etiam

etiam quae iis commodum lucrumque adferunt. Quod effectus patriae potestatis, liberos grauantes, eo ipso, quo *sui iuris* fiunt per separationem vel nuptias, extinguantur & pereant, vel inde est, quia ab imperio patris liberantur, a quo dependebant. Vnde pater hodie amittit vsumfructum, liberi testamentum condunt, mutuum libere contrahunt, & quae sunt alia. Haec recipiunt ex statu nouo, quem induerunt, quod sint *sui iuris* facti. E-  
non vero a-  
mittunt iura  
proficia.  
 nim vero an effectus etiam liberis proficii pereant, amittantur, extinguantur, h. e. an ius *sui iuris* & *familiae* amittant, ex illa quaestione dependet, an hodierna liberos dimitendi ratio fiat per *capitis diminutionem*, vel *ita dici possit?* Nam quicquid olim amisere, ideo amisere, non quod *sui iuris* essent facti, sed quod tales essent facti per *capitis diminutionem*. Haec si abfuisset, nihil amisi- sent, sed tantum noua iura acquisiuerint, per statum nouum, quem induerunt. Iam vero, vt cap. antec. demon- stratum est, emancipai & noua iura acquirebant, & iura opima amittebant: & quidem hoc vnicce propter *capitis diminutionem*; illud vero ob *status noui acquisitionem*. Hac non erat *capitis diminutio*, sed *capitis acquisitione*; sicut si exul resti- tuebatur, caput nouum acquirebat, non amittiebat, quod tamen in omni *capitis diminutione* contingebat, vt quis *sta-*  
*tu* quodam *civilis* priuaretur. Hoc praeiudicium, quod omnes fere occaecavit, satis extirpari non potest, quo constituunt *status mutationem* in genere esse *capitis diminutionem*, indeque inferunt, etiam adhuc liberos capite minui, quod *statu* mutent per *nuptias* vel *separatio-*  
*nem*. Enim vero non omnem *status mutationem* esse *ca-*  
*pitis diminutionem*, sed eam demum, quae sit *in deterius*, noto notius est; haec tunc demum iure Romano con- tingebat, quando *status civilis*, vnde vniuersum iuris Ro- mani, qua talis, commercium dependebat, h. e. *libertatis*, *civitatis* & *familiae*, amittebatur. Vbi neuter amittitur, nulla *capitis diminutio* contingit, licet aliqua *status mutatione* in- sensu

sensu latiori interuenerit, & sic priora non amittuntur iura. Iam vero per separationem vel nuptias neuter *fatus* amittitur, in primis vero saluum manet *ius familiae*, adeo que nec in sortem extraneorum, h. e. qui plane alieni sunt a familia, incidunt. Cessat enim in separatione & nuptiis evidenter ratio iuris antiqui, quae constituebat, per emancipationem tolli *ius familiae* & *suitatis* liberosque in sortem extraneorum reduci, adeo ut in posterum horum iure frui debeant.

§. XIV. Tertia obseruatio est, quod plures erroneae *Varia prae*dicta** in hac doctrina circumferri soleant, quae eam admodum turbant, in varia dubia reuocant, & tot monstra opinionum producunt. Nisi itaque ab eis antea liberata, & prae*dicti* falsa denudata fuerit, inofenso pede vix progre*di* licet. *Commune prae*dictum**, ab *emanci*patione** Romana petutum, eo prolixius excutiendum fuit, <sup>(1) quod sepa*ratio* fit in*stitutum pe*ciliare iuri*s***</sup> quo altiores in plororumque mentibus egit radices. Nunc *ad*huc tria prae*dicta***, quibus pauciores ducuntur, *paucis Saxonici*. notanda & remouenda sunt. Primum est, separatum institutam oeconomiam & nuptias filiarum esse modum liberandi liberos a patria potestate tantum de *iure Saxonico*; huic hunc partum deberi, hinc restringendum ad eas terras, in quibus ius Saxonum est receptum: in ceteris subsistendum in iure ciuili Romano, & ex hoc fonte vnice decisiones deriuandas, maxime iis in terris, e quibus *ius Saxonum* lege publica electum & proscriptum est. Enim uero *iuris Saxonici* aliquid dici potest duobus modis: (I) *stricti*, quod soli huic iuri proprium, & peculiaribus Saxonum moribus, institutis, & obseruantia consistit, id quod iis in locis, in quibus nulla *iuris Saxonici* habetur ratio, merito reiicitur repudiaturque. (II) *late*, quatenus in *seculo Saxonico* quidem continetur, sed non ut ius quodam Saxonibus proprium, verum totius Germaniae commune. Infinita in hoc *seculo* continentur, quae ex moribus Germanorum vniuersalibus hausta, deriuata & hac de causa

causa simul in eo relata sunt. Errant, qui rationes hoc modo subducunt: hoc vel illud est tantum iuris Saxonici, quia in speculo iuris Saxonici refertur. Ad hanc postremam classem quoque referri debet peculiaris hic modus, quo liberi sui iuris flunt per separationem vel nuptias. Id docet speculum Sueicum, quo hoc ius itidem confirmatur, ut loca ab ill. Dn. THOMASIO in diff. cit. relata indigant. Id demonstrat praxis aliarum gentium, quae cum Germanis varia instituta communia habuere, ut Gallorum, Hispanorum, Belgarum, Britannorum aliorumque populi supra relatorum testibus SANDEO, GIESEBERTO &c. Id docet communis omnium locorum Germaniae obseruantia, quam ICti Germaniae supra relati defendunt, admittunt, suoque calculo approbant. Licet ergo ius Saxonum speciatum sit repudiatum in quibusdam locis; non tamen ea de causa mores Germaniae uniuersales antiqui eliminati simul & reprobati sunt, nec eliminari potuere. Quis fidem pactorum hodie defendet, si solis Romanis legibus esset vivendum? quis successoris pactis efficaciam tribueret, nisi instituta Germanorum antiqua in subsidiis vocarentur? quis iura insularum fisco adscriberet, si solae leges Romanae regnare deberent? quis tot alia infinita iuris Romani capita reiiceret, quae tamen in praxi repudiantur, vt vel usus modernus STRYKIANVS docet.

(2) Quod apud §. XV. Alterum praeiudicium itidem iis propriis Romanos et- um est, qui instituta antiqua Germanorum non ex suo iam tacita e- fonte genuino petunt, sed quaevis, quae vbiique recepta mancipatio fuit, ex scitis legum Romanarum defendere conantur, ingloriosum esse credentes, si ex hac doctrina decisiones formari nequeant. Hac de causa illi, qui separationem, vt modum tollendi patriam potestatem, recipiunt, eam tacitam emancipationem esse dicunt, etiam iure Romano fundatam, & sic eiusdem cum Romana emancipatione expresa virtutis. Quis vero hoc crederet, cum DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS in l. 3. C. de emancip. nudo con-

consensu patris liberos sui iuris fieri afferant? Prouocant tamen dissentientes ad l. i. C. de patr. pat. vbi ANTONIUS & VERVS, ante constitutionem DIOCLETIANI, in haec verba reſcripcere: *Si filium iuum in potestate tua esse dicis, praeses prouinciae aeftimabit, an audire te debeat; cum diu paſſus ſit ut patris familias res eius agi per eos, quicquidam to matris tutores nominati fuerunt.* Ex hac lege VOETIVS in comment. ad D. de adopt. §. 12. tacitam emancipationem colligit. Enim uero caute loquuntur imperatores, aientes, praefidem prouinciae aeftimare debere, an pater audiendus sit? Cur vero? ſcilicet propter praescriptionem, quae actioni praejudiciali, qua pater patriam potestatem ſibi aſſererebat, obſtabat, & qua probata actor a limine iudicii repellendus, non vero probata, audiendus erat. Non ergo tacita voluntate patris eo caſu filius liberatur, ſed pater agendo praescriptione repellitur, qua queuis iura amittuntur. Praeterea l. 25. pr. d. adoption. in ſubſidium vocant, in qua VLPIANVS ita respondit: *poſt mortem filia: ſuae, queae vt mater familias, quaſi iure emancipata vixerat, & testamento scriptis heredibus deceſſit, aduersus factum ſuum, quaſi non iure eam, nec praefentibus testibus emanciparet, pater mouere controverſiam prohibetur.* Nihil minus vero quam exemplum tacitae emancipationis in hac lege continetur. In adducto caſu pater emancipauerat filiam expreſſe, prout moris erat; filia poſtea vt emancipata vixerat, & testamentum conſiderat. Pater hoc impugnabat poſt mortem filiae, quod filia non iure, h. e. debitis ſolennibus adhibitis, emancipata fuerat, quod ICTUS non admittendum eſſe, recte arbitrabatur. De ſtatu defunctorum quaerere, ne quidem quoad ſeruos poſt quinque annū permifsum erat; t. t. D. ne de ſtatu defunct. quanto magis ergo hoc in liberis recipiendum erat, praefertim cum in adducta ſpecie pater proprium factum impugnare vellet, quod iura non permittunt. Non ergo in cit. l. aderat patris consensus tacitus: pater filiam expreſſe eman-

emancipauerat, & postea suum factum, ut cit. l. inquit, defuncta filia impugnare conabatur: id ipsum ICtus reprobabat. Ceterum si vel maxime apud Romanos ex patientia patris emancipatio quedam inducta fuisset (quod tamen probari nequit) minime tamen inde natales separationis peti possent, tum quod in ea patris consensus non desideretur, adeoque nec tacita emancipatio dici queat, ut aliquoties monitum: tum etiam quod filius statim, separatis instituta oeconomia, sine diurna patientia patris, sui juris fiat, quod secundum iuris Romanorum principia admitti nequit. Secundum haec, qui tacitam emancipationem admittunt, quamuis errore manifesto, diurnam patientiam patris desiderant, & ex ea de mun patris voluntatem colligunt.

(3) quod eas §. XVI. Tertium praetudicium iis familiare est, dem ratio sit qui a separatione qualificata, quae fit intuitu bonorum, ad inseparatione simplicem argumentantur. Est enim separatio liberorum qualificata & duplex vel simplex, vel qualificata. Illa consistit in sola vel simplici institutione propriae oeconomiae, qua liberi seorsum res suas habere incipiunt, nulla accedente bonorum assignatione. Haec sita parentibus, qui liberis separatis aliquam bonorum communium portionem assignant, & ita eos a se suisque bonis prorsus abdicant, quae in iis in primis locis obtinet, ubi adhuc ex prisco Germanorum more inter coniuges communio bonorum viget, de qua plenius agit MEVIVS ad ius Lubec. lib. II. tit. 2. art. 33. ipsa autem statuta, quae passim videntur, recenset CIVSIVS ad ius statut. Mindens. p. 242. sqq. Iusta autem debet assignari liberis separatis portio, qua contenti esse iubentur, ut postea ad successionem parentum cum non-separatis amplius concurrere nequeant. Huic separationi liberorum effectus separationis qua- n. 15. seqq. plenius agit, scilicet quod sit instar abdicationis, & propulsionis e domo paterna: quod liberi separati pro emancipatis habeantur, imo pro extrageis, seu materna

Effectus separationis peculiares adscribunt effectus, de quibus MEV. cit. l. n. 15. seqq. plenius agit, scilicet quod sit instar abdicationis, & propulsionis e domo paterna: quod liberi separati pro emancipatis habeantur, imo pro extrageis, seu materna

terna & paterna familia exclusis GOEDD. vol. I. conf. Marp.  
conf. 26. n. 86. MEV. cit. l. n. 17. HARPRECHT. vol. I. conf. 65.  
n. 64. Sunt haec locutiones itidem desumptae ex iure Ro-  
mano, quibus tamen parum fidendum esse obseruantur ipse  
MEVIVS cit. l. n. 18. aiens: *Quando emancipatio aequi-  
paratur separatio, non licet ex simili, quod nos est idem,  
abutit ad eas conclusiones, quod liberi separati, per omnia iu-  
re emancipatorum vitantur.* Id nullibi ius nostrum dicit,  
sed in successionibus isti effectum tribuit, ergo ad eas saltim  
pertinebit. Videlicet quia hi separati ab omni successio-  
ne in posterum excluduntur, ut nec ab intestato succe-  
dant cum consortibus, nec necessario instituendi sint, nec  
querelam inofficiosi testamentum impugnare possint, quia  
partem bonorum iam anticipando acceperunt, hinc secun-  
dum quid ex hoc vnico respectu dicuntur extranei. Nam  
nec hi succedunt illis, cum quibus nullo sanguinis vincu-  
lo coniuncti sunt, nec testamenta ex capite praeterito  
nis impugnare possunt. Hoc respectu dicuntur extranei;  
est incommoda emancipiati, nisi ius XII. tabb. vnicے inspe-  
xeris. Secundum hoc emancipiati non succedebant: iu-  
re praeiorio admittebantur, imo iure nouellarum plenus  
iis prospectum. Si ergo cum his essent comparandi, suc-  
cedere omnino possent: integrum iis esset ex capite prae-  
teritionis vel inofficiosi testamentum impugnare, id quod  
separatis hisce haud est integrum. Imo nequidem pro-  
fus extraneis & ex familia paterna exclusis absolute aequi-  
parari possunt. Quid enim si parentes decedant, non a-  
liis relictis liberis, quam separatis? Hi sine dubio suc-  
cedunt, quia talis separatio primario facta est intuitu li-  
berorum consortium, quibus ante patrem vel matrem ex-  
sistis, proximi successores sunt separati.

§. XVII. Rursus itaque diversa est ratio horum se-  
paratorum a statu emancipatorum & extraneorum, qui ad  
ius familiae non pertinent. Interim facile liquet magis  
hos suo modo, maxime ex doctrina juris Romani vete-  
ris,

*Separatio  
qualificata ad  
communem  
errorem atque  
sanum deditur*

ris, comparari posse cum emancipatis ac quidem: *separatos* sine bonorum assignatione, qui tantum separatam instituerunt oeconomiam, vel nuptias inierunt; licet vel maxime *dotem* acceperint, vel aliud *subsidium*, modo hoc ipso a futura successione *plene* haud fuerint exclusi, sed ea tantum obligatio eos teneat, ut accepta conferre tenantur. Interim facile quilibet animaduertet, haec duo genera separationum a Dd. inter se confusa, & praedicata, quae *qualificatae* solent vulgo, quamvis itidem incommodo, attribui, tracta fuisse ad *simplicem*, cum tamen status horum *separatorum* admodum diuersus sit, nec ab una specie ad aliam consequentia trahi queat. Qui *simplicer* se separant a parentibus, nihil iuris amittunt, aequo ac hi, qui olim *dignitate* liberabantur a patria potestate, & *sui iuris* siebant, saluo statu *suitatis* & *familiae*, quia hoc modo capite haud minuebantur, sed augebantur, adeoque ea retinere necessario debebant, quae tantum *capitis diminutio* adimebat. Quodsi ergo v. c. supponimus, etiam hodie liberos ipso *iure* esse heredes, tales quoque manebunt, post *separationem* vel *nuptias*, cum non minuant, sed augeant statum.

*Illustratur  
sententia as-  
serta per do-  
torum affen-  
sum.*

§. XIX. Hanc sententiam, quam prolix e in antecedentibus defendi, non pauci quoque ex ICtis pragmati-  
cis amplexi sunt, quorum verba illustrationis gratia refe-  
ram. L. B. de LYNKER in anal. ad tit. I. quib. mod. *ius patr. pot. toll.* ita censuit: *Emancipatio tantum tacita, quae moribus per separationem ab oeconomia patris vel matrimonium introducta est, a patria potestate liberos eximit, quoad ea, quae his per potestatem illam ratione bonorum grauia sunt.* De cetero enim in familia & *sui* heredes permanent. IDEM in anal. ad tit. D. de SCt. Maced. ad th. 54. idem repeatit: *qui moribus per emancipationem tantum ex patria potestate egrediuntur, non possunt vii Macedonio.* N. O. quod illi manebant in familia quoad ea, quae favoris sunt: neque enim *Macedonianum in fauorem filiorum famil. est introductum* &c.

&c. Eadem sententiam tuerit BRVNNEMAN. ad l. 31.  
de adopt. n. 2. sqq. siens: moribus nostris liberi liberantur  
a patria potestate per separatam oeconomiam. Similiter &  
nuptiae dissolunt patriam potestatem de consuetudine, qua-  
tenus scilicet haec emancipatis liberis utilis: nam si esset  
inutilis, haberentur pro suis, quia transmittunt heredita-  
tem paternam, praeteriti dicunt testamentum nullum. Non  
adeo a focero dissentit B. STRYK in vs. mod. ad iii. de SC.  
Maced. §. 6. vbi respondet iis, qui liberis separatis vel per  
nuptias sui juris factis SCti exceptionem adhuc indul-  
gent ex ea ratione, quod bi beneficia filii famil. indulta  
non amittant. Non impugnat hanc rationem, sed eam ad-  
mittit, recte tamen negat, SCti Macedoniani exceptionem  
ad talia beneficia referri posse. Eadem sententiam  
quoque a SANDE lib. 3. iii. 2. def. 2. tuerit ex adducta ra-  
tione, quam B. STRYKVS tetigit; speciatim vero lib. II.  
tit. 7. def. 5. de hac materia agit, postquam vniuersales  
mores Germaniae quoad modum liberandi liberos ab im-  
perio parentum adduxit, haec adiungit; porro consuetu-  
do haec ex communi praxi hanc interpretationem recipit, ve  
haec enim procedat, quatenus liberis emancipatio prodest:  
quatenus vero obesse, intelliguntur liberi adhuc in sacris  
paternis permanisse. Hinc quamvis liberi emancipati he-  
reditatem patris non aditam non transmittant; - - -  
contrarium tamen verius est, quoad separatos, quia ius  
transmittendi respicit commodum filii, proindeque is haec  
nun censetur in patris potestate mansisse. Prouocat praे-  
terea ad TRENTACINQ. qui lib. I. var. resol. i. n. 27.  
vers. secundo, hanc generalem thesin ponit, liberos libe-  
ratos a patria potestate in proprium fauorem ex disposi-  
tione legis censeri adhuc in potestate, quoad haec quae  
respiciunt eorum commodum. Haec thesis non tantum  
ad eos pertinet, qui dignitate a patria potestate liberantur,  
sed etiam, qui moribus separatione & nuptiis sui iuris fa-

Ei sunt, quia etiam liberatio haec liberorum fit 1) *cirrapartris voluntatem ex legis dispositione:* 2) *in favorem liberorum*, quod nulla amplius educatione indigeant, & ita imperio domestico subesse non cogantur. Denique eandem sententiam suscepit & defendit DN. PRAES. in not. ad §. 10. lit. y. I. quib. mod. ius patr. potest solu. aiens: *familios hodie filii maiorennes cogere possunt patrem, sine causa dissidentem, ut eos a se dimittat permittatque separatae institutionem oeconomiae, qua hodie sui iuris eatenus sunt, quatenus grauat patria potestas liberos: ius familiae & suitatis retinent, ut olim, qui per dignitatem liberabantur.* Neque enim ab *emancipatione Romana expressa* ad hanc causam trahi potest argumentum, quae ex *pristina manu-missione plures effectus retinuit ad separationem hanc haud applicandos.* Omnia horum lictorum sententia hucredit, effectus *emancipationis Romanae attribui non posse separationi & nuptiis, quibus hodie liberi sui iuris sunt, nec statum separatorum conferri posse cum statu emanci-patorum.*

*Quaestio de  
pupillari sub-  
stitutione.*

§. XIX. Quae cum ita sint, controversia ante trienni-um & quod excurrit, DN. PRAESIDI oblata, facile decidi potest. Pater quidam sex filios habebat, ex quibus vnum lepara-tam oeconomiam instituerat, & relictis duobus liberis impuberibus decesserat. Horum impuberum auus post-ea considerat testamentum, & iis pupillariter substituerat, quaestum fuit: *vtrum baec substitutio subficeret?* Apud Romanos auus emancipatorum praedefunctionis liberis substituere non poterat, quod pater eorum *iura suitatis amiserat*, inter *extraneos* relatus & extra familiam ei-ctus erat, adeoque eodem iure censi debebant eius liberi. Hi aeque *extranei* erant intuitu familiae aui, haud autem sui, ita ut auus iis substituere haud posset aequo ut nec extraneus. Pater enim *suis* tantum substituebat, qualcs non erant emancipatorum nepotes.

Haec

Haec vero philosophia accommodari nequit ad eorum liberos, qui per separationem sui iuri facti sunt. Nam (1) non amittunt iura suitatis, ut fuis supra euictum est; ergo quoque nepotes eiusdem conditionis censendi, qui patres, adeo ut sicut post decepsum patris eius locum subeant, ita quoque sui aucto fiunt, quoad effectus iuris, suis proficuos. Nec (2) hodie familiam mutant, aut ceuextranieri intuitu patris, ut capitum familiae habendi; prout rursus supra ostensum. Ergo nec nepotes, ieu ex separatis nati, diuerso iure vti debent, quin potius defuncto patre eiusdem sunt sortis habendi, ac nati ex suis, quibus aius pupillariter substituere poterat: (3) substitutio pupillaris impuberibus admodum salutaris & proficia est, cumque in finem admissa, ut supra ostensum, ut insidiae quaevis a pupillis impuberibus auerterentur, quibus vt plurimum ditiones pupillis expositi sunt. In eiusmodi vero iuribus separatio haud praejudicat liberis, nec illorum amissionem inducit. Idem (4) iam obseruauit D.N. PRAESES, in not. ad §. 4. I. de substit. pupill. lit. i. & ex emancipato filio natis, ait, substituere aius non poterat, se vel maxime pater eorum praedefunditus esset. Hoc tamen bodie applicari non potest ad casum, quo liberi separataam oeconomiam instituere, quod intra suitatis non tollit. Deinde (5) idem thema D.N. PRAESES in sequenti responsu exposuit & enucleauit:

Titius hat sechs Söhne, davon tritt einer namens Caius seine eigene Haushaltung an, versterbet aber bald darauf, und verlässt zwey unmündige Kinder, wovon der Letzte ein posthumus gewesen, Titius gehet hierauf nach einigen Wochen gleichfalls mit Tode ab, macht aber zuvor ein Testament, sekert seine Kinder nominativ zu Erben ein, und substituirt dieselbe unter einander mit folgender formul:

Solte aber über Verhoffen nach meinen Tode einer oder ander meiner Kinder ohnverheyrathet oder in sei-

nec

E 2

ner Minderjährigkeit mit Tode abgehen, so will ich, daß dessen oder derselbige Theil wieder zurück auf meine übrige noch lebende Kinder oder deren Kinder in stirpes verfallen soll, altermassen ich denselben auf solchen Fall expresse substituiert und hiemit meinen unmündig verstorbenden Kindern hinzieder zu Erben eingesetzt haben will.

Nun hat sichs zugetragen, daß Caii Kinder in aetate pupillari verstorben, daher die Frage entsteht,

Ob ihre patrui zu derselbigen Verlassenschaft ex substitutione pupillari berechtigt sind.

Ob nun wohl in rechten klar versehen, daß allein derselbige pupillariter substituiren könne, welcher tempore testamenti conditi & mortis die väterliche Gewalt über die Kinder noch gehabt, daher auch ein Groß-Vater seinen nepotibus nicht anders gedacht haben kann substituiren kan, als wenn die nepotes post mortem patris in avi potestate verfallen, welches in praesenti casu sich nicht befinden will, da Caius seine eigene Haushaltung angetreten, mithin nach den bekannten moribus Germaniae vniuersalibus ipso facto emancipiret gewesen, und die von ihm gebohrne Kinder post mortem patris emancipati in avi potestate nicht verfallen mögen, wie solches mit einem klaren praeiudicio, welches diesem Casui nicht ungleich ist, illustriret

STRYK in V. M. ad tit. de vulg. & pupill. substit. §. 50

Weil aber dennoch die so genante emancipatio tacita, quae moribus Germaniae per separationem oeconomiae constitui dicitur, mit der in iure Romano eingeführten emancipatione expressa nicht in allen Stücken aequales effectus hat, anserwogen durch diese die iura familae gänzlich befanternmassen verloren gingen, und vergleichen emancipation deswegen pro capitio diminutione gehalten ist, also aus der Absicht ein Groß-Vater seinen nepotibus, welche außer seiner familie waren,

waren, nicht weiter substituirent kunte, als welche nunmehr pro prorsus extraneis zuhalten, in Gegenheit die separatio oeconomiae zwar die Väterliche Gewalt in so weit aufhebet, daß die Kinder sui iuris werden, sed non ulterius, quam quatenus patria potestas liberis oneri est, adeoque non in totum tollit potestatem, sed in tantum, cum quoad commoda & iura suitatis & familiae haec salua maneat, ut loquitur

L. B. de LYNCKER in comment. ad I. Ciu. tit. de adopt. & emancip. §. 26. in f. conf.

I DEM Rep. II. u. 15. &  
in ANAL. ad Instit. lib. I. tit. 12. §. 5. in f. ibi: de cor-  
tiero in familia & sui haeredes permanent,

Consuetudo enim haec ex communi praxi hanc interpre-  
tationem recipit, ut hactenus procedat, quatenus liberis  
emancipatio prodest: quatenus vero obesset, dicuntur in  
sacris paternis manisse, adeoque ipso iure sunt heredes  
quoad effectum transmittendi haereditatem

SANDE lib. 2. tit. 7. def. 3.

Dahero es auch geschiehet, daß nach des Sohnes Tode, der  
sich von dem Vater abgesondert, der Groß-Vater seine ne-  
potes denen andern Kindern gleich zu tractiren pfleget, adeo,  
ut ne quidem auro paterno mater praefatur

CARPZ. p. 2. const. 11. def. 13.

in übrigen außer allen Zweifel ist, daß auch dergleichen sub-  
stitution pupillaris, quibus annis prospicit nepotibus, mit  
unter die commoda und iura familie gehöret, ut, quia sibi  
testamentem condere nequeunt, parentes eis faciant &  
prospiciant

Pr. I. de subſtit. pupill. in f.

ia wenn auch gleich kein besonder commodum die nepotes  
aus solcher substitutione pupillari bekommen möchten, den-

noch genug seyn kan, daß dieselbige ihnen keines weges one-  
rosa ist, ja öfters ihnen ratione securitatis & ne insidiae iis  
struantur vortheilhaftiger seyn kan, und solche dem Groß-  
Vater nicht abgeschnitten werden mag, nachdem dergleichen  
nepotes post mortem patris in seiner Familie bleibben, end-  
lich auch billig dahin zu sehen ist, ne, quod moribus Germanicis  
receptum est contra ius Romanum, nimium ab eo  
recedat, sed quantum fieri potest, restringatur, also das  
angeführte praeiudicium ex Vsl Moderno Stryckiano be-  
wanden Umständen nach in keine consideration zuziehen ist,  
cum non exemplis sed legibus iudicandum sit

L. 13. C. de sentent. & interlocuit.

So erhellet hieraus allenthalben so viel, daß die patrui der  
Verstorbenden unmündigen Kinder ex pupillari sub-  
sitione zu derer Erbschafft allerdings  
berechtiget sind.

T A N T V M.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-249125-p0048-3

**D**um cathedralm sacræ Themidos, Dō-  
ctissime, scandis,  
Ingenii & vires pandis, amice, Tui.  
Me pietas impellit, amor venerabilis vrget,  
Pectore latanti fundere vota Tibi,  
Sed quam multa Tibi vellem, tamen arida  
longos  
Me prohibet numeris nectere vena no-  
dos.  
Hinc qua possum, appludo Tibi breviore  
Camoena,  
Incepitisque Tuis prospера vota precor.  
Macte animo forti plura his superaddere  
perge,  
In patriæ laudes, in patris atque decus.

*Ita Nobilissimi Domini Candidati, ami-  
ci conterraneique sui suavissi-  
mi eonatibus egregius animitus ap-  
plaustr.*

**CAROL. FRID. GERUINUS**  
Meissenheim Bipontimus  
LL. Cultor.

**F**est merces sua, sunt sua præmia pul-  
chra labori,  
Hæc Tibi cognitio, hæc fusus, ami-  
ce, probat,  
**F** Et

Et quia gustasti radices ante molestas  
Doctrinæ & duram, cultor, amaritiem.  
Has Tibi jam merito dat Iustinianus hono-  
res,  
Iusta que nunc læta mente brabea capis.  
Gratulor inde Tibi, quid enim hæc, Do-  
ctissime amice,  
Sinceræ mentis candida signa negem?  
Gratulor hos lætabundo Tibi pectore ho-  
nores,  
Quos unquam obscurant tempora nulla  
precor.

*Hicse Candidato Nobilissimo amico at-  
que conterraneo suo honoratissimo  
mentem suam aperire voluit*

IOH. PHIL. SCHWEBEL.  
Bipontinus LL. Cultor.

---

**C**rucenacum studiis jecit fundamina  
prima,  
Hala superstruxit culmina summa  
Tibi.  
Hinc dēnum Themis properat Tibi serta  
datura,  
Queis cingat docta tempora, HECHTE,  
Tua.

Gra-

Gratulor ergo Tibi, Vir Consultissime iu-  
ris,

Ac votum paruum suscipe grata manu.

*En? mentem. Vir Consultissime  
atque doctissime Domine Candi-  
date, amici conterraneique Tui:  
deditissimi.*

**WILHELMI FRID. GERVINI**

LL. Cult. Wolffst. Palatini

**S**ic sociis sociis jungat solennia vota,  
Carminibus ponens parva trophyæ  
Tibi.  
Quæque levis calamus scribebat carmina  
chartæ,  
Expectant pondus, quod tua dextra da-  
bit.  
Deque Tuis magnis ne dicam laudibus; in-  
quis,  
His abeas, satis est, nomen adesse  
tuum.

*Hec rauca voce cecinit:*

**IOH. PETR. ANTONII**  
SS. Theolog. Cultor.

F 2

Digna

**D**igna petis, nam iusta petis condi-  
gna sudore  
Præmia; spes patriæ maxima sem-  
per eras.

Iam utere sorte tua feliciter, eveniant-  
que,

Ex animo voveo, commoda multa  
tibi.

Hinc arundine festina honoribus  
bene meritis Clarissimi pariter  
atque Doctissimi Domini Can-  
didati, amici & conterranei  
sui estimatisimmi applaudit

**JOH. PAUL. BRUCH**  
Medic. Cult.



ANTONII

Digne

E 3

AB 153 582  
(1/31.)

X2369352

WCA

12



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**V LIBERO.**  
I IVRIS FACTO-  
R SEPARATIONEM  
L NVPTIAS

QVAM  
INDVLTV  
LTATIS IVRIDICAE  
LA FRIDERICIANA

PRAESIDE  
**HENNING. BÖHNERO**  
S. REG. BORVSS. CONSIL. INTIM.  
OF. IVR. ORDINARIO

**O LICENTIA**  
QUE IVRE CAPESENDI HONORES  
XV. NOV. MDCCXXI.

H. L. Q. C.  
ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITIT

**VS ADAMVS HECHT**  
CENACO - PALATINV.

AE MAGDEBURGICAE  
IS GRVNERI, ACADEM. TYPOGR.